CONRADUS KYESER. PHILO BYZANTIUS

Süddeutschland (Ingolstadt?), um 1455 (nach 1442) Seite 123v-124r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=39612
Copyright: Innsbruck, Tiroler Landesmuseum (Ferdinandeum)



Ista est aqua corrosiua que dicitur aqua martis sic in libro amicalis
operis describitur Recipe vitreoli romani salis nitri ana Aliter recipe
salis petri cuprose ana Aliter recipe salis aromatici vitrioli ro
mani ana per miste lizionis partem terciam camphore partem vnam
singulorum singule terantur partes puluerisatas miste simul in cucurbita
cum alembico lutato luto sapientie et distilla cum lento igne namque
prima aqua erit clara omnes carnes mortuas rodens et superfluas
delens maculas Secunda vero aqua post illam rodit litteras
Tercia vero aqua omnia metalla deuorat et quamlibet aqua per se in
vase vitreo custodi et vltima aqua deuorans metalla debet poni
in ampulla cum longo collo cooperta ne spiritus respirent in quam
si clauum posueris in continenti bulliet aqua predicta sine aliquo calore
accidentali et non cessabit donec dissoluatur clauus Eadem aqua
cum pondere simili aque vite admisceatur generat ignem in continenti
ita quod candela posset accendi Aqua secunda tali modo fit
proice aquam quem super calcem viuam bonam ac nouam et iterum eadem
aque distillata proiciatur super nouam calcem et iterum distilletur et iterum
super nouam proiciatur calcem usque ad septem vices renouando et erit
acutissima cui apponas aquam salis armoniaci et non retinebitur
ereo forti